

**6087** | in iudicia singula testimonium dice|re cogantur. Neve quem invitum testimo|nium dicere cogito, cui <sup>114</sup> ei, quae <sup>115</sup> r. <sup>116</sup> tum age|tur, gener socer, vitricus privignus, patron. | lib., cónsobrinus <sup>117</sup> propiusve eum ea cognat|ione atfinitatemve (*sic*) contingat. Si  $\bar{\text{I}}$ vir | praef.ve, qui ea <sup>118</sup> re colon. petet, non ade|rit <sup>119</sup> ob eam rem, quot ei morbus soticus, | vadimonium, iudicium, sacrificium, funus | familiare feriaeve dedicales <sup>120</sup> erunt, quo | minus adesse possit sive is propter magistra|tus potestatemve p. R. minus atesse poterit: | quo magis eo absente de eo cui iis <sup>121</sup> negotium | facesset recip. sortiantur reiciantur res iu|dicetur, ex h. l. n. r. <sup>122</sup> Si privatus petet et is, cum | de ea re iudicium fieri oportebit, non aderit | neque arbitrato  $\bar{\text{I}}$ vir. praef.ve ubi e. r. a. <sup>123</sup> excu|sabitur et <sup>124</sup> harum quam causam esse, quo minus | atesse possit, morbum soticum, vadimonium, | iudicium, sacrificium, funus familiare, feriae <sup>125</sup> | dedicales <sup>120</sup> eumve propter mag. potestatemve | p. R. atesse non possit <sup>126</sup>: post ei earum quarum r. r. <sup>127</sup> | h. l. quaestio erit, actio ne esto. Deq. e. r. <sup>128</sup> siremps || lex resque esto, quos <sup>129</sup> si neque iudices relecti <sup>130</sup> neq. recip. | in eam rem dati essent.

XCVI. Si quis decurio eius colon. ab  $\bar{\text{I}}$ vir. praef.ve postulabit, | u[*l*]i ad decuriones referatur de pecunia publica de|que multis poenisque deque locis agris aedificis | publicis quo facto queri <sup>131</sup> iudicarive oporteat: tum |  $\bar{\text{I}}$ viri <sup>132</sup> quique <sup>3</sup> iure dicundo praerit d. e. r. <sup>107</sup> primo | quoque die decuriones consulito decurionum|que consultum facito fiat, cum non minus m. p. <sup>90</sup> | decurionum atsit, cum ea re <sup>133</sup> consuletur. Uti m. p. <sup>90</sup> | decurionum, qui tum aderint, censuer., ita ius | ratumque esto.

XCVII. Ne quis  $\bar{\text{I}}$ vir neve quis pro potestate in ea colon. | facito neve ad decur. referto neve d. d. <sup>134</sup> facito | fiat, quo quis colon. colon. <sup>135</sup> patron. sit atop|tetur|ve praeter eum, que <sup>136</sup> c. a. d. a. i. <sup>137</sup> ex lege Iulia <sup>138</sup> est, eum|que, qui eam colon. deduxerit, liberos posterosve <sup>139</sup> | eorum, nisi de m. p. <sup>140</sup> decurion. erunt <sup>141</sup> per tabellam | sententiam <sup>142</sup>, cum non minus L aderunt, cum e. r. <sup>104</sup> | consuletur. Qui atversus ea feceri[*t*],

114) *Scr.* qui, 115) *cuia*. — 116) *Res.* — 117) *Insere sit.* — 118) *Fortasse scr. ex (Dernburg; sed cf. Bruns kl. Schr. 2, 295).* — 119) *Plura excoisisse* (cum de ea re iudicium fieri oportebit, eo absente de eo cui is negotium facesset recipatores sortiuntur reiciuntur res indicator: si non aderit) *censet Momms.* — 120) *Scr. denicales.* — 121) *Scr. is.* — 122) *Ex hac lege nihil rogatur.* — 123) *Ubi ea res agetur.* — 124) *Scr. ei.* — 125) *Scr. ferias.* — 126) *Scr. posse.* — 127) *Scr. earum rerum quarum.* — 128) *Deque ea re.* — 129) *Scr. quasi.* — 130) *Scr. delecti.* — 131) *Scr. quaeri.* — 132) *Scr. Ivir.* — 133) *Scr. res.* — 134) *Decurionum decretum.* — 135) *Colonis, coloniae.* — 136) *Scr. cui.* — 137) *Colonis agrorum dandorum adsignandorum ius.* — 138) *Legem Iuliam agrariam intellegit Momms. Eph. ep. 2 p. 420. Ceterum de adaptione patronorum agitur etiam alio loco eiusdem legis (cap. 450, infra p. 545 ubi vide not. 254).* — 139) *Scr. posterosque.* — 140) *Maioris partis.* — 141) *Scr. qui tum aderunt,* 142) *sententia.*